



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ personæ obligentur horas Canonicas priuaqtim dicere. Punct. 1

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

De Oratione, & Deuotio[n]e in communi.

12

potest diuinitati congruentius, nihil magis pium & religiosum; quam iis presibus Deum, laudare & honoret. Appellatur item Horæ canonice; quia certis horis recitandum est iuxta canonicas functiones. Dicitur pensum, quia ad illud recitandum obligantur clerici quasi ad pensum & tributum solendum. Appellatur tandem Breuiarium, quia est summa & compilatio eorum, quae ad laudem Dei, & gratiarum actionem, & nostram institutionem pertinere possunt. Vide de iis omnibus Bellaruminum tom. 4. controversiali, de bonis operibus lib. 1. cap. 10. Valentiam 2.2. disp. 6. q. 2. p. 10. S. I. Less. lib. 2. cap. 37. dub. 8. Bonac. de horis canonice disp. 1. q. 1. p. 1. propositione 1. Suat. lib. 4. de orat. c. 2. & sequentibus.

Vt autem cum distinctione in hac disputatione procedamus primum examinandum est, que persona obligantur ad hanc orationem? Secundò quid sit recitandum? Tertiò. Quomodo recitandum sit? Quartò. Quo tempore, & quo loco? Quintò. De gravitate huius obligationis? Sextò. Quae causa ab hac obligatione excusat? Septimò. Quae personæ sit apposita non recitantibus?

P V N C T V M I.

Quæ persona obligantur horas Canonicas priuatum dicere.

OMNES CONVENIUNT CLERICOS IN MAIORIBUS ORDINIBUS CONSILIIS, BENEFICIIS, & RELIGIOSIS PROFESSIS, CHORO EX PROFESSIONE DEPUTATOS, OBLIGATOS ESTE HORAS CANONICAS SINGULIS DIEBUS RECITARE: SED Vnde HÆC OBLIGATIONE NATURÆ, AN EX IURE NATURALI & DIUINO, AN POSITIVO SCRIPTO, AN SOLUM EX CONFUSIONE ALIQUA, ET CONTRARIETATE. DICENDUM Tamen est ad hæc horas determinatè recitandas ex iure diuino nullæ esse obligationem. SUAT. ROM. 2. DERELIG. LIB. 4. DE ORAT. CAP. 16. NUM. 1. AZOR. 1. P. LIB. 10. C. 4. FINE. Quia sicut clericis, beneficiariis, & religiosis specialem obligationem habent orandi pro populo, ut verè habent, non tamen habent ex iure diuino obligationem, orandi haec speciali forma, quæ non à iure diuino, sed ab Ecclesiastico facta est. At quia Ecclesia habet specialem obligationem orandi, determinatæ has preces, id est aliquo modo dici potest ex iure diuino obligari. Posito ergo ex iure diuino esse obligationem, videamus quæ & qualiter sit. Et clarissima gratia. PRIMO, DICAMUS DE CLERICIS. SECUNDÒ, DE BENEFICIATIS. TERTIÒ, DE RELIGIOSIS.

S. I.

Expenditur Clericorum obligatio.

1. Omnes Clerici in sacris hanc habent obligationem.
2. Clerici in minoribus constituti hanc non tenentur, ratione inquam ordinis.
3. Proponitur sententia & argumenta, quibus probatur non posse Episcopum clericis sua diocesis hanc obligationem imponere.
4. Probabilis est imponere posse.
5. Nullibi creditur esse impostum, & quid de obligatione recitandi orationes tempore ordinationis impedit.

ET quidem Clericos, Presbyteros, Diaconi, & Subdiaconos HÆC obligationem sub gravi culpa habent ex iure positivo communis fetti sententia. De Presbytero probat texsus in cap. Presbyter, de celebratione Missarum. bi. Presbyter. n. matutinali officio explorato per suis servitutis usum canendo primam, tertiam, sextam, nonnam vesperamque perficiuntur. De Diacono & Subdiacono probatur ea cap. Dolentes, eodem titulo de celebratione Missarum, vbi praescribit Innocentius III. cum Concilio generali Piatensis, & minoribus clericis in virtute sanctæ obedientie, ut diuinum Officium nocturnum patiter & diuinum quantum eis dederit Deus, studijs celebrent pariter & deuotè. Idem etiam probatur ex cap. suis presbyter 92. d. ibi. Si quis presbyter aut Diaconus, vel quilibet clericus Ecclesie deputatus, si intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo Ecclesia est, & ad quotidianum pfallendis officiis matutinis vel vespertinis horis, ad Ecclesiam non conuenire, deponatur a clero, si non obligatus veniam ab Episcopo per satisfactionem voluerit promere. Verum huiusmodi texsus aliqui infirmant dicentes, ex illis non conuinici clericos in sacris obligatos esse ad officium diuinum priuatum recitandum. Nam cap. Presbyter, colun de sacerdote rectori Ecclesie loquitur, cap. Dolentes, non exprimit fatis, qui clerici sive illi minores, poterant enim intelligi de presbyteris & clericis, qui sine dubio minores clerici sunt comparatione priorum. Cap. 5. Si quis presbyter, loquitur de clericis aliqui Ecclesie deputatis & de officio publico, & de obligatione illud dicens in Ecclesia. Quapropter Nauar. de horis canonice, c. 7. à num. 2. AZOR. 1. p. lib. 10. cap. 5. quaf. 1. SUAT. lib. 4. de oratione cap. 16. num. 9. quos alij sequuntur, dicunt exiuste scripto non fatis conuinici hanc obligationem pro omnibus clericis in sacris constitutis: sed illam ex consuetudine firmatam esse, & hoc sus-

cit. Praterquam quod Concilium Basilense, sef. 2. expresse suppeditat hanc obligationem, quod Concilium quod causas beneficiale & cenituras, & articulos contra hereticos definitos approbatum fuit. Additæ fessione illam fuisse ante schismata, vi notavit Valquez de benef. cap. 4. q. 1. dub. 1. Adiutorio tamen debere hos clericos ordinis suscepisse sponte, non coacte, quia hæc obligatio annexa est ordinis sponte suscepto. Sic Nauar. cap. 22. num. 5. 1. ad finem, Emmanuel à verbo ordo, tit. 24. Sanchez lib. 7. de impedimentis disp. 29. num. 7. si tamen libertas statuta ordine accepit, tunc ad omnia illi annexa obligatio, quia per illum vnum liberum ratificat ordinem; sic Sanchez supr. num. 9. cum aliis. Et idem est disendum de ordinato in lacris ante pudicitate, vi idemmet Sanchez probat disp. 30. num. 10. p. 25.

Clerici vero in minoribus constituti ex recepta fere omnium sententia hæc obligatio non tenentur, neque ad Psalmos, ne ad officium Beatae Virginis, neque ad Caunicum gradum. Ita Valquez dub. Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 4. Neque obstat texsus in cap. Si quis presbyter 92. d. vbi de quilibet clericis Ecclesie deputato cauter obligatum esse ad horas canonicas dicendas. Non inquit obstat, nam loquitur de clericis Ecclesie deputato per beneficium, non per ordinem, quia si de deputatione, quæ ex præcisæ ordinatione procedit, loqueretur; sufficeret dicere, quilibet clericus absque additione illorum verbis Ecclesie deputatus.

An autem Episcopus possit hanc obligationem iis clericis sua diocesis imponere? Negat Soto lib. 10. de insti[ti]va q[ua]si. 5. art. 3. VALENTIA 2.2. disp. 6. q[ua]si. 2. p. 10. S. 2. AZOR. lib. 10. cap. 5. q[ua]si. 4. LESSIUS lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 4. SUAREZ lib. 4. de oratione cap. 16. in fine. Mouentur primò; Quia non videtur licet Episcopo omnis perpetuum ordinatis imponere, quod non est à Pontifice impositum. Quia non licet ipsi grauare clericos si a diecessis specialiis absque speciali causa quæ in presenti non appetat. Secundò; Non licet Episcopo, tempus & statutum ordinatum immutare postulando statutum pro subdiaconatu, quæ petitur pro diaconatu, & pro diaconatu, quæ petitur pro presbiterato, & pro presbiterato, quæ petitur pro Episcopatu. Ergo neque licet hanc libertatem, quam ordinarii in minoribus obtinent, non recitandi horas canonicas, collere. Limitant AZOR. & SUAREZ hæc sententiam, vt intelligatur de ordine perpetuo & ordinationi annexo. Nam à temporali affirmant ab Episcopo imponi posse. Non enim extra potestatam Episcopi est, quod non possit ordinatos in minoribus obligare, vt bis vel ter officium diuinum dicant. VI. In aliquo modo intelligunt se disponi ad obligationem, quam successu temporis debent subire, si ordinis maiores recipiant.

Nihilominus tamen credo probabilius posse Episcopum hanc obligationem clericis sua diocesis imponere. Sic dicit Nauar. de horis canon. cap. 7. Bonacina disp. 1. de hor. em. quaf. 3. art. 3. num. 2. vers. Addo. Ratio est, quia horæ præceptum non derogat legem vniuersalem, & ex alia parte est de re honesta, & quæ potest ab ordinatis impleri. Ergo nulla est causa, ob quam Episcopo negetur potestas hoc præceptum imponendi nisi subditis, consequentia est legitima. Antecedens probo. Nulla enim est lex vniuersalis, quæ posse hos clericos eximat ab obligatione, sed solum lex, quæ de his horis recitandis fertur, quæ illos non comprehendit. Ergo impositio huius obligationis non contradicit alii legi vniuersali. Deinde est obligatio de re honesta, vt constat, & quæ facili potest ab ordinatis impleri, si sint in statutis ad beneficium requisita constituti: faciūt p[ro]fessi & debent si beneficiari essent: ergo. Additæ confusione introduci posse hanc obligationem, fatetur Lessius, & Suarez, & AZOR. Ergo ex autoritate Episcopi, quæ inferior non est auctoritate clericorum confusione intrudendum. Neque obstat contraria. Concedo namque Episcopum singulariter grauare clericos sua diocesis absque speciali causa, sed hæc contingenter & raro inveniunt potest. Et si autem causa sufficiens, si videatur expediens esse ad fieri mandam Clericorum distinctionem hoc onus illis imponere. Ad secundum, concedo non posse Episcopum limitare, neque extendere tempus, & statutum ordinandum, quia derogaret legem vniuersalem tempus & statutum determinant: bene tamen posse imponere clericis hoc omnis, quia in hac impositione nulla legis fit derogatio. Sic ut nullam legem derogat Episcopus cum præceptum de novo posse secundando in sua diocesis imponere.

5. Ceterum est hoc in se, nullibi credo tale præceptum neque confusione esse. Immo probabile existimo, cum Episcopos ordinandis inveniunt aliquos Psalmos & Litanijs recitare, nolle sub gravi culpa obligare, sed ex quadam honestate & deontia; sic docet Soto lib. 10. quaf. 3. art. 3. Valent. disp. 6. quaf. 2. p. 10. S. 2. in principio, vbi dicit hos ordinatos non tenet ex iure diuino, aut naturali magis quam laicos ad aliquip speciales recitandum. Conferunt Lessius l. 4. de or. c. 16. num. 14. Sufficienter enim suo munere satisfaciunt, & Ecclesie in gradu accepto deseruant:

5. II.

Expenditur obligatio beneficium habentium.

- 1 Beneficiati omnes hanc susserunt obligationem,
- 2 Sub beneficio comprehendetur in praesenti prestatum.
- 3 Item capellania collativa.
- 4 Comprehenduntur commendata.
- 5 Vicaria beneficij probable est non comprehendendi.
- 6 Penso in prefatis à ratione beneficij excludatur.
- 7 Item coadiutoria cum futura successione.
- 8 Beneficium cuius fructus sunt exigui, qui defendunt, & quibus probent non obligare ad recitationem.
- 9 Probabilis est oppositum.
- 10 Aliqua inferuntur notabilitas ex superiori doctrina.
- 11 Beneficium cuius fructus tua culpa non recipis, te obligat recitare.
- 12 Idem si pro aliquo tempore copiosos non accipias.
- 13 Idem iuriis est si speras accepturus.
- 14 Item si beneficium accipias ex resignatione, cum obligatione satisfaciendi eius muneri tametsi fructus non recipias.
- 15 Quid de beneficio nullam administrationem requirent?
- 16 Si ex fraude aut vi impediari fructus recipere, non teneris recitare.
- 17 Limitat Suarez, si in perpetuum fructibus priueris.
- 18 Limitatio non admittitur.
- 19 Quid de consuetudine Ecclesie non recipiendi primo vel secundo anno ullus fructus? Defensatur ut probabilius oblationem esse recitandi.
- 20 Titulum beneficij cum ipse possessionis & fructus obligare, qui sentiant.
- 21 Negant alii.
- 22 Qui defendant requiri pacificam possessionem.
- 23 Si tua culpa possessionem non accipis, obligaris.
- 24 Quomodo obligari habens possessionem beneficij litigio am.
- 25 Habens solum titulum & impeditus à possessione ob causam sibi invenientiam non obligatur.
- 26 Habens plura beneficia debet ne plures recitare? proponitur ratio dubitandi.
- 27 Certum est unica recitatione fieri satis.
- 28 Habens beneficium & pensionem satisfacit horas canonicas recitans.
- 29 Supradictus beneficiarius, vel beneficiatus & sacerdos omittens officium diuinum unum tantum peccatum commisit.
- 30 Impedient iniuste aliquem à beneficij coniunctione non obin de tenere recitare.

1 Secundum genus personarum, quæ obligantur ad horarum recitationem sunt, beneficia sine Gratia sue simpliciter habentes. Constat ex Concilio Lateran. sub. Leone X. sciss. de reformatione Curie, §. statutum quoque & ordinatum, & ex motu quadam Pij V. qui est 138. illius Pontifici, editio an. 1572, duodecimo Kalen. Octob. quem refert Nauar. summa p. 25. num. 122. & Bonacina de horis canonicas disp. 1. §. p. 1. debet tamen, qui habet beneficium liberè receperisse, non constat, vt de ordinato diximus. Quare non obligabatur ad horas ob coactam receptionem beneficij, nisi velit stipendio illius frui, quia tunc ratione illius voluntatis remittit coactio- nem. Ut bene Lessius lib. 2. c. 34. dub. 31. num. 174. Hoc posito circa hanc obligationem aliquæ difficultates endonadæ sunt.

Prima. Quid nomine beneficij intelligatur? Respondeo. Claram est intelligi Episcopatum, Rectoriam, Canoniciatum Dignitatem, Praeposituram, & similia. Quia haec nullus dubita verè & proprie beneficia esse. Sed de Prelatioribus, Capella- riis, Vicariis, & Pensionibus, & Coadiutoriis est solum dubitatio. De his ergo.

2. Dico primo. Sub nomine beneficij ad hunc effectum comprehenduntur, quæ sunt portiones quædam ex beneficio redditibus deducuntur, & adolescentibus assignantur ut sustentent in studiis, & sic eruditæ tandem possint Ecclesiæ desertere. Nam licet probabile sit beneficia proprie esse, non tamen est probabile ad officium canonicum non obligare. Quia ad hunc effectum sub beneficiis ea comprehendit Pius V. in sua Constitutione, vt confat ex illis verbis Declarantes prestatim prestatim pensiones. & qualicunque alia beneficia tamen nullum omnino feruntur habentia obtinentes, cum prædictis partibus comprehenduntur, & notauit Vasquez opusculo de benef. p. 4. §. 1. dub. 3. in principio. Franciscus Suarez de horis canonicas lib. 4. c. 22. n. 10. & alij communiter.

3. Secundum, dico comprehenduntur capellani collativa, id est, quæ auctoritate Episcopi creta est, & ab ipso conferuntur, etiam si ex patrimonio laicorum sit instituta, & ipsius nominatio seu presentatio reservata. Quia habet omnes qualitates ad beneficium requisitas. Scilicet conferri à Prelato & personæ Ecclesiæ.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. I.

scilicet, & ad officium Ecclesiasticum, sic Vasquez supra dub. 3. num. 9. Suarez num. 1. t. & sequentibus. Bonacina disp. 1. de horis can. quæst. 2. p. 4. num. 6. Azor. 1. p. lib. 10. c. 3. quæst. 5. Garzia de benef. 1. p. c. 2. num. 81. Quod etiam verum habet, etiam si hæc capellania sit ad nutum amouibilis. Et generaliter de quodam beneficio manuali (vocant idem est dicendum). Nam pro illo tempore, pro quo capellaniam habebes habes ius percipiendi fructus ac proinde dici debes habere beneficium ad hunc modi effectum. Additale tale iuri perpetuam esse ex se, qui pro nullo tempore terminato confutatur, etiam si effectus forma impediti possit. Sic Azor. supra c. 4. quæst. 2. Garzia 1. p. c. 2. n. 82. Perez de Lara de capella lib. 2. c. 6. num. 15. Suarez c. 22. num. 16.

4. Tertiò, dico comprehenduntur Commandam. Nam licet beneficium propriæ non sit, subire tamen debet commendatarius illius onera & obligations. Sed hoc intelligitur de commenda in utilitatem commendatarij facta. Quia talis commendatarius habet ius percipiendi fructus ex tali commenda, & consequenter & equiparatur titulo beneficij. Item commendatario commendatur beneficium, ut omnia illius onera subeat, sed unum ex precipuis oneribus beneficij est obligatio ad horarum recitationem. Ergo hanc commendatarij habet. Et ita tradit Suarez lib. 4. de hor. can. c. 22. n. 15. Vasquez de benef. c. 4. §. 1. dub. 3. fin. Azor. 1. p. lib. 10. c. 3. quæst. 5. Bonacina disp. 1. de hor. can. quæst. 2. p. 4. n. 2. Secus vero est de commenda in utilitatem Ecclesiæ per quam non datum potest disponendi de fructibus. Garzia 3. p. de benef. c. 1. n. 105.

5. Quartò, dico probabile esse non comprehendendi Vicariam beneficij unius alicui religione, aut Ecclesiæ parochialis vacantis, vt ex illius tenetur Vicarius horas canonicas recitare. Quia ille Vicarius non reputatur iure, & recipi beneficarius, sed beneficiarij substitutus; sicut si à proprietario ob eius absentiam, aut aliud impedimentum nominaretur, & ita tradit contra Suarez dicto cap. 22. n. 15. Garzia de benef. 3. cap. 1. num. 106.

6. Quinto, dico excludi à ratione beneficij obligantibus recitati officium Diuinum pensionem, quæ beneficium imponitur in subfidiis resignantibus beneficium, vel ob aliquam causam. Quia hæc pensio propriæ beneficij non est, cum non sit ius percipiendi fructus ob aliquod Ecclesiasticum officium, sed potius est ius percipiendi fructus beneficij ab eo qui titulum beneficij habet. At hunc modi pensionarii obligatus est officium paruum B. Mariae recitare quia ita cauerit expellet in supradicta bulla Pij V. Debet autem pensionarius pensionem habere tanquam clericus, vt hanc obligationem subeat. Tunc autem dictiur pensionem, qui habet tanquam clericus, quando necessariò debet esse initiatus prima tonsura, vt illam recipiat; secundo quando hanc qualitatem non requirit. Contingit enim aliquando dari quibusdam pensionem titulo laicarii, & quod sint de Ecclesiæ beneficiis, vel ob aliquam operam temporalem, scilicet pulsanda cymbala, aperiendis templi portas, gubernandi horologium, docendi pericos & similia, & ita tradunt Valent. disp. 6. quæst. 2. puncto 10. §. 2. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 4. quæst. 3. Suarez de relig. com. 2. lib. 4. de hor. can. cap. 22. num. 6. Bonacina disp. 1. de hor. can. quæst. 2. p. 4. num. 8. Adiutorio tamen huiusmodi pensionarii, qui faciunt ordinem non habet, si efficiantur miles & ordinis militaris, cum induito retinendi pensionem, satisfacere obligationi recitandi, si orationes Dominicas, & Angelicas à religione præceptas recitent. Quia Pius V. solum obligare voluit ad recitationem officij B. Virginis eos pensionarios, qui alias ad mullas preces adiutant, etiam. Sic docet relatis aliis Garzia de beneficis 3. p. cap. 1. num. 117. & Bonacina disp. 1. de hor. can. quæst. 2. p. 4. num. 2. Secundo, adiutorio pensionarii, qui vellet loco officij patri B. Virginis, officium magnum recitare, abundantius obligationi satisfacere. Quia intentio Pontificis fuit elegeret pensionarios ab onere recitandi officium Canonicum, imponendo illis minorem obligationem causa, quo illam grauiorem non subirent. Sic Suarez lib. 4. de hor. can. cap. 22. n. 6. Bonacina num. 9. Garzia n. 19.

7. Sexto; Dico coadiutoriis. Concessam alicui, assignata aliqua portione pro congrua, & cum futura successione, non esse beneficium, neque obinde ad horas canonicas obligare. Sic Suarez lib. 4. de hor. can. cap. 22. num. 19. Azor. lib. 10. quæst. 1. cap. 4. Garzia 3. p. cap. 1. num. 109. Bonacina. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. num. 13. & 15. & 16. Quod autem coadiutoria quatenus talis beneficium Ecclesiasticum non sit (præterquam quod sic declarauit Paulus V. vt testantur Suarez & Bonacina & Garzia super) probatur. Quia coadiutori datut potestas succedendi in beneficio post proprietarij mortem. Ergo non conferunt illi beneficium proprietarij; alias idem beneficium in duobus existet. Neque obstar mortuo proprietario non requiri nouam collationem, quia hoc proueniit ex eo, quod cum datur coadiutoria, beneficium tunc proprietarij conferunt coadiutori, non absolutè, sed dependenter a proprietarij morte: quare mortuo proprietario, tunc habet effectum collatio, & coadiutor beneficium obtinet. Vocatur autem Canonicus, tum ob ius succedendi, tum ob vocem in capitulo, tum ob sedem in choro etiam post proprietarios. Quod si dicas coadiutoriam non esse beneficium proprietarij, esse tamen aliud distinctum beneficium; ed quod sit ius

B. perca

De Oratione speciali horarum Canon.

percipendi fructus ob aliquod Ecclesiasticum officium , verbi gratia , assistendi in choro, dicendi Missas , ministrandi Sacra menta , &c. Respondeo coadiutoriam non esse ius percependi fructus , quia non ob coadiutoriam illos percipit coadiutor , quia ex titulo , sed in stipendio laboris , quem subit ob proprietatum , alias quilibet substitutus diceretur beneficiatus . Posto autem coadiutoriam non esse beneficium , ex nullo capite ad horas canonicas obligatur coadiutor . Omittit dummodo expresse ad hanc obligationem subiungandam non arctaretur coadiutor ex induito Pontificis , aut ex pacto cum proprietario . Quia tunc ratione pasti , vel Pontificis precepti deberet horas canonicas recitare . Proprietarius tamen non ob id à recitando excusatetus , sic docet Bonac. de hor. can. dispe. 1. queſ. 2. part. 4. à num. 13. & alij multa .

8 Secunda difficultas est . An beneficium , cuius fructus exigui sunt , obligat ad horarum recitationem ? & quidem si beneficium nullos habet fructus , beneficium non esset . Quia non esset ius percependi fructus ob aliquod Ecclesiasticum officium (qua est beneficij definitio :) a proinde ex illo nulla necessitas recitandi obligatio . Sic Garzia de benef. part. 3. cap. 1. num. 4.1. Suarez lib. 4. cap. 19. num. 6. Sed quando fructus sunt adeo tenues , vt non sufficiant ad bonam partem moderate clericis sustentationis est celebris opinio Dominicini Sori . lib. 10. de iustitia queſt. 5. art. 3. assertoris non obligare . Sotum sequuntur aliqui recentiores . Roder. tom. 1. sum. cap. 140. numero tertio , Vega 1. p. cap. 128. caſu 13. Petrus de Ledesma . 2. tom. sam. tract. 9. cap. 4. concluſ. 6. difficult. 4. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 34. dub. 31. num. 169. reputat probabile de beneficio non attingente . Nummos aureos singulis annis . Conseruit Vasquez de benef. cap. 4. 8. 1. dub. 5. in fin. Si beneficium habet alia onera , ob quia possit dari . Item docet Malerus de virtutibus tract. 10. cap. 2. vers. Nihilominus vbi expresse requirit ad hanc obligationem inducendam , vt beneficium attingat tertiam partem sustentationis clerici . Aragon 1. 2. queſt. 83. art. 12. restatur (sed immixto) recentiores communiter sequi hanc opinionem . Quia autem dicenda sit bona pars sustentationis ? Sotus ad 10. aureos extendit . Lessius ad 15. Aragon prudenter arbitrio relinquit , & certè nisi tertiam partem attingat dici non potest attingere bonam partem sustentationis . Quia propter hanc tentatioνem vera esset , beneficium cuius redditus hoc tempore non attingunt triginta vel quadraginta aureos nequaquam dici potest attingere bonam partem sustentationis moderatae , vt bene notat Suarez lib. 4. cap. 21. num. 2. Quibus enim decem tempore Soci sufficiunt , modo triginta non sufficiunt .

Dupliciter est fundamentum huius sententiae . Primum est , beneficium tenuis reputari in iure pro non beneficio , quia fructus exigui reputantur nulli , iuxta illud parum pro nihil reputatur , fuitque texus in cap. 1. cui , de Proben . in 6. vbi potestem habens conferendi beneficium aliqui personae , non potest illud eidem conferre , si beneficium habeat sufficiens : tacitè indicatur illud solum non esse beneficium , cum habenti insufficiens bene possit conferre . Ex hoc fundamento inferitur nullana obligacionem recitandi habere accipientem tale beneficium .

Secundum fundamentum est . Quia beneficium , quod nullus habet fructus non obligat ad horarum recitationem . Tum quia non est beneficium verum , sed fictum . Tum quia non potest ad onus obligare cum non det commodum . Non enim potest obligare ad seruendum altari , quem non valeret ex altari sustentare . Sed beneficium tenuis non valeret beneficium sustentare . Ergo neque valet obligare ad seruendum altari in recitatione horarum . Hac ratio ad summum probat non valere obligare ad seruendum altari singulis diebus , non tamen probat non posse obligare beneficium ad seruendum altari , & recitandas horas aliquibus diebus , quorum sustentationis redditus sufficiunt . Eaque de causa dixit Lessius dict. cap. 34. dub. 31. num. 169. percepientem aliquos fructus ex beneficio aliquotus teneri per annum recitare , verbi gratia , festis & Dominicis .

9 Nihilominus tenenda omnino est contraria sententia ; affirmans beneficium exiguis fructus habens obligare ad horarum recitationem singulis diebus . Sic post alios antiquiores docet Nauarus de orat. cap. 7. numero vigesimo septimo , Coartratuas lib. 3. varian. cap. 13. num. 8. §. 12. Valent. 2. 2. dispe. 6. queſt. 2. punto 10. §. 7. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 3. queſt. 3. Bonacina dispe. 1. de hor. can. queſt. 2. punct. 4. numero decimo septimo , Garzia 3. pari. cap. 1. num. 39. Suarez lib. 4. cap. 21. num. 3. & sequentibus , & alij innumeris apud ipos testantes esse communem tententiam . Ratio præcipua est . Quia beneficium habens tenuis fructus verè est beneficium & quia est ius percependi fructus ex speciali titulo . Sed beneficium absque vila distinctione pinguis , vel tenuis annexum est onus recitandi ex Concil. Lateran. & ex Bull. Pij V. Ergo . Consequentia & minor propositio videntur clara ; maiorem probo . Nam beneficium reue reddit beneficium eodem modo exemplum , ac priuilegiatum sicut beneficium pingue . Item ful-

penſus à beneficio , tam est suspensus à beneficio tenui , quam à pingui .

Dices beneficium tenuie esse propriè beneficium , at non esse verisimile voluisse Ecclesiam hoc graue onus recitandi ei annexare ; quia iustitia , & æquitas polluat ut stipendium laboris corresponeat . Quapropter cum Ecclesia dicit , beneficium labori proprium officium , intelligi debet de beneficio congruo competenti offici exhibendo .

Sed contra , quia illa limitatio videtur sine fundamento , cum in iure nullum detur ad illam adtrahendam : immo potius contrarium , non leuiter colligitur ex cap. Clericus 9. 1. d. v. b. clelico qui ex Ecclesia sibi commissa comode sufficiunt non posse , dicitur , vt quarat sibi victim & vestitum ex artificio , vel agricultura , post sui munera & officii penum perfolurum .

Secundo , quia obligatio ad recitandum , optimè pouit ab Ecclesia imponi cuilibet beneficiato , cuimodo exiguis fructus recipere , sicut potuit imponi cuiilibet clericis in factis nullis fructus reperiri ; quia hoc onus optime compensat honore , exemptione & priuilegiis , quae beneficiato conferunt . Neque enim onus recitandi ita graue est , vt exiguis fructibus , & hoc honoris , & priuilegiorum abunde non compensetur .

Et ex hoc patet responsus ad fundamenta contraria sententiae Dominicini de Soto .

10 Ex quo infero . Primum , mihi non videri probabile beneficium , cum nullum aliud onus , & officium est annexum , de obligare beneficiatum à recitatione horarum ob exiguos fructus . Quia ex suppositione , quod beneficium sit , non potest deobligare ab aliquo officio Ecclesiastico . Alius non esse vera illa regulis cap. vii. de script. in 6. beneficium dari properificium .

Secondo , infero si beneficium habet alia onera annexa ut Missas , assistentiam in choro , &c. quae si per triplum praefites , pores obtinere faciem tertiam partem rite moderate sustentationis , credo probabile non esse te deobligatum esse à recitatione horarum , & quod alii exceptentibus ea munera donec . Nam hoc est per accidens : & non debet beneficium naturam mutare . Et ita tradit Suarez lib. 4. de horis cap. cap. 21. num. 10. Neque valet dicere fructus illius beneficij esse stipendium iustum ; & aquale illarum functionum . Ergo contradictionem imponit ultra illas , obligatio recitandi absque vilo stipendio . Non , inquam valet ; Nam illud stipendium , quod videatur iustum illarum functionum : Primum , & per se datum ob recitationem horarum , utpote qua est præcipuum beneficium officium .

Tertio , infero si tibi adolescenti concedatur capellania , vel aliud beneficium , cui est annexum onus dicendi aliquas Missas , pro quibus omnes fructus beneficij iostimis , te deobligatum non esse à recitatione , quia fructus , quos infunsi , vele acquisitis , & consequenter tibi datur Missas dicendas , & officium recitandum . Si enim habilius effes ad Missas dicendas , dubitari non potest te tunc obligatum esse recitare ex vi beneficij . Ergo etiam quando per alium hanc obligationem exequitur . Quia posse ponere substitutum in aliqua obligationis parte non te eximit ab obligatione personali recitandi , quam in alium transferte non potest . Sic Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 31. num. 172. Azor. 1. p. lib. 10. c. 4. g. 8. Bonacina dispe. 1. de hor. can. q. purit. 4. n. 20.

Quarto , infero beneficium habentem plura beneficia tenua quibus omnius competenter possit magna ex parte sustentari , etiam si quodlibet insufficiens sit , obligatum effe ad recitationem horarum ; neque contrarium esse probabile . Ita docet Suarez lib. 4. de hor. can. cap. 21. num. 12. Garzia 3. p. de benef. cap. 1. num. 39. in fin. Bonacina dispe. 1. queſt. 2. purit. 4. num. 18. Ratio est : quia iste beneficiatus iam recipit ab Ecclesia iustum stipendium oneris impensis , quod vero illud stipendium beneficio uno vel pluribus accipiat accidentarium est .

Ceterum communis est Doctorum sententia , omnes Clericos , qui in facili confutari sunt , licet nullum Ecclesiasticum Beneficium obtineant . ad horas Canonicas priuarum recitandas sub culpa mortali obligatos esse . Sumuntur ex c. 1. de celebr. Missarum , quod sumptum est ex cap. Presbyter. 4. 9. 1. Sed quia in canonico de foliis Presbyteris mentio sit , ideo obligationem hanc , quacum omnes Clericos in maioribus Ordinibus constitutos astringit , potius in generali Ecclesia confutendina fundam est , sicut docuit Nauar . cap. 7. num. 2. Azor. cap. 5. queſt. 1.

Addit clericum non liberari has obligations cameti si excommunicatus , suspenſus deponitus , aut degradatus , sicut ex communis docet Nauar . cap. 7. num. 17. Angel. verb. hora §. 5. & verb. degradatio g. 8. Azor. cap. 5. q. 6. Conat. 3. refol. cap. 13. n. 8. verb. duodecim. Aula de cœnū p. 2. cap. 6. dispe. 4. dub. 6. cond. 1. & p. 4. dispe. 1. dub. 1. conel. 2. Rodit. cit. cap. 141. conel. 14. Nec ex propria iniuritate commodata ferat .

De clericis autem in minoribus duntaxa constitutis , certum est primum , eos nullo iure vel confundendis vniuersali obligatos esse ad Officium , vel Psalmos , alijve certas preces recitandas . Ita docet Sotus lib. 1. o. queſt. 5. art. 3. Medina de orat. queſt. 7. in fine . Azor. cap. 5. queſt. 2. Tol. lib. 2. cap. 12. princ. Suarez cap. 16. ad finem Lessius num. 46. & 47. alisque communiter , contra Abb. in cap. 1. num. 7. & celebrat. Missarum .

Ad

Ad extremum monendum obligationem hanc recitandi Officii Ecclesiastici esse gravamen, & sub peccato mortali ex genere suo quippe ex virtute Religionis, atque in beneficiis etiam ex iustitia virtute. Quae est communis Doctorum sententia, quicquid contra eam improbabiliter dicat Angel. verb. hora. §. 10. Recquitur tamen Omisilio materi orationis, cuiusmodi est, vel integrum vnuus diei officium, vel una eius pars, sive hora licet brevissima & fortale etiam dimidium talis horae.

11 Tertia difficultas est, ut obligari recitare ratione beneficij, cujus nullus percipis fructus? Plures casus sub hac difficultate comprehenduntur. Ut ergo certe ab incertis separamus, dicendum est primum, (in quo feret omnes Doctorum conveniunt,) si tua culpa beneficij fructus non recipias, ut quia es excommunicatus, suspensus, vel absens ab Ecclesia, vel alia via non vis beneficij inferire, neque illius postulationem capere, te esse obligatum ad horarum recitationem. Quia non licet tibi a beneficio hanc obligationem excutere, cum beneficium ex parte sui stipendium pro illa suppediter. Neque aequum est ut Ecclesia, quae indennis leuatur debet, defraudente servito, & officio ex tua malitia. Suarez lib. 4. de hor. can. cap. 20. num. 2. Valquez de benef. cap. 4. §. 1. dub. 6. num. 25. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 4. quæst. 6.

12 Secundum, debet esse certum, si pro aliquo tempore non accipias fructus copiosos beneficij, (quos grossam vocant) accipias tamen si assistas in choro, atque munera beneficij proprii exercens, distributiones quotidianas, ut in pluribus canoniciis Hispanis contingit, te obligatum esse horas recitare. Quia iam ratione beneficij tibi suppeditatur stipendium pro officio impono Suarez cap. 10. num. 34. 7. 9. & 11. cum Nauar. cap. 7. de orat. lib. 2. cap. 34. num. 168. Garzia alios referens 3. p. cap. 1. num. 45. Ratio est, quia obligari non potes ad officium, nisi ob stipendium accepimus, vel recipiendum. Cum ergo pro illo tempore non derur tibi ullum stipendium, imponi non poterit obligatio.

13 Limitat autem Suarez sub probabilitate, lib. 4. de relig. cap. 20. num. 15. & 16. ut procedat haec doctrina, si impediatis a confecutione fructuum beneficij, quasi in perpetuum: ita ut spem habeas acquirendi viros ex beneficio fructus aliquo tempore: secus verò dicendum existimat, si ablato fructuum non est perpetua, sed pro aliquo tempore, eriamus sit violentia, & iniusta, & sine spe recuperationis. Probat primo, quia si per rapinam, vel furto priuerit beneficiatus fructibus, non est propterea exculpandus ab administratione beneficij, neque ab administratione Sacramentorum, si sit curatus. Ergo neque ab onere recitandi, quod non minus est per se coniunctum beneficio. Secundò, probat, si aliquo, vel aliquibus annis ob sterilitatem temporum nullos redderet beneficiatus fructus, non propterea videatur excusandus beneficiatus ab administratione beneficij. Quia si continget recipere duplo maiores alii, quos in principio recipiebat, non obinde duplicatur eius obligatio: ergo neque etiam debet minui ex eo, quod dominatur. Et ratio est, quia accipiens beneficium ea videtur conditione accepisse, ut minus fructus, sive crecent, sive perant, teneatur: beneficij oneribus satisfacete. Tertiò, quia contingere potest prioribus annis tot fructus accepisse, & posterioribus esse acceptum, ut sufficiens sint, tam fructus accepiti, quam in posterum recipiendi, inducere obligationem recitandi pro illo intermedio tempore.

14 Quartò, pro certo habendum est, si ex resignatione beneficium accipias cum obligatione satisfaciendi eius muneri, & reddendis omnes fructus in pensionem resignantis, te obligatum esse recitare. Quia ex haec acceptione beneficij non impeditis accipere stipendium debitum pro beneficij administratione, neque reteratione fructuum huiusmodi stipendium debitum referuntur censetur. Quod si aliquando contingat (quod nunquam est presumendum) ut Pontificis consenserit cedere fructibus & emolumento debito beneficij administratio, & sic beneficium acceptate: credo te esse obligatum recitare. Sicut enim absque stipendio sumpsis obligacionem administrandi beneficium, verbi gratia, assistendi in choro, vel Sacraenta conferendi; ita debes sumpseri obligationem recitandi, quia beneficium nativa est. Adde non esse verisimile velle Pontificem liberare tale beneficium ab officio recitandi horas canonicas: quia cederet in Ecclesia damnum. At si tu, qui beneficiarius es, non obligaris, cetera talis obligatio in illo beneficio. Nam pensionarius illam non habet, sed solum obligationem recitandi officium parvum B. Mariae. Ergo. Deinde cum voluntarie recipis beneficium, & obligationem administrandi, absque vlo stipendio, virtualiter cedis, & quasi dona stipendium debitum administrationi. Ergo ex stipendo dicti potes, te ministrare, & recitare, & ita tenet alius relatis Vasquez de beneficis c. p. 4. §. 1. dub. 6. numero 34. & 35. Suarez lib. 4. cap. 20. à numero secundo, Garzia de beneficis 3. p. cap. 1. num. 34. Bonacina disq. 1. de hor. can. quæst. 2. p. 4. num. 21. Vetus si tu solus accipias beneficii titulum, pensionario autem relinquant fructus, & beneficij administratio, credo probabiliter te non teneri, sed pensionarius. Quia verè tu beneficium non habes, sed ad summum habes tantum Coadiutorum titulum, vel aui sui equipollentem, & ita docet Suarez lib. 4. cap. 20. à numero secundo, ad 5. Garzia plures refentes 2. pars cap. 1. num. 55. Bonacina num. 22, reputat validè probabile.

15 Sed inquiris, quid dicendum si beneficium nullam requirat administrationem ut prestatum? Respondeo: si accipisti ex resignatione beneficium, cuius fructus ex tuo consentienti sunt referuntur resignanti, credo te esse obligatum ob rationem dictam: quia virtualiter donas fructus, quos posses recitare. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

cipere. At si fructus ex praedecessoris consensu fuerint referuntur, credo te deobligatum esse: quia tunc verè non possides beneficium, sed tantum titulum illius, cum non possideas ius percipiendi fructus, neque in tua potestate fuit iudicium possiderere. Pensionarius item ad lolum officium B. Virginis tenebitur. Sic relatis Paris. Mandata, docet Garzia de benef. 3. p. cap. 1. num. 5. & alij apud Bonacinam disq. 1. quæst. 2. pars. 4. de hor. can. num. 21.

16 Quintò, videtur esse certum si per vim, fraudem, vel incusum inusitam viam impediatis a confecutione fructuum, neque spem habeas tibi esse aliquando restituendos, te non esse obligatum hoc tempore recitare. Sic docet Nauar. cap. 7. de orat. numero vigesimo octavo, & in sum. cap. 25. num. 103. Valencia disq. 6. quæst. 2. punct. 10. §. 7. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 4. quæst. 6. Lessius lib. 2. cap. 34. num. 168. Garzia alios referens 3. p. cap. 1. num. 45. Ratio est, quia obligari non potes ad officium, nisi ob stipendium accepimus, vel recipiendum. Cum ergo pro illo tempore non derur tibi ullum stipendium, imponi non poterit obligatio.

17 Limitat autem Suarez sub probabilitate, lib. 4. de relig. cap. 20. num. 15. & 16. ut procedat haec doctrina, si impediatis a confecutione fructuum beneficij, quasi in perpetuum: ita ut spem habeas acquirendi viros ex beneficio fructus aliquo tempore: secus verò dicendum existimat, si ablato fructuum non est perpetua, sed pro aliquo tempore, eriamus sit violentia, & iniusta, & sine spe recuperationis. Probat primo, quia si per rapinam, vel furto priuerit beneficiatus fructibus, non est propterea exculpandus ab administratione beneficij, neque ab administratione Sacramentorum, si sit curatus. Ergo neque ab onere recitandi, quod non minus est per se coniunctum beneficio. Secundò, probat, si aliquo, vel aliquibus annis ob sterilitatem temporum nullos redderet beneficiatus fructus, non propterea videatur excusandus beneficiatus ab administratione beneficij. Quia si continget recipere duplo maiores alii, quos in principio recipiebat, non obinde duplicatur eius obligatio: ergo neque etiam debet minui ex eo, quod dominatur. Et ratio est, quia accipiens beneficium ea videtur conditione accepisse, ut minus fructus, sive crecent, sive perant, teneatur: beneficij oneribus satisfacete. Tertiò, quia contingere potest prioribus annis tot fructus accepisti, & posterioribus esse acceptum, ut sufficiens sint, tam fructus accepiti, quam in posterum recipiendi, inducere obligationem recitandi pro illo intermedio tempore.

18 Ceterum esti haec limitatio probabilis sit, probabilius tamen est, admittendam non esse: quia opponitur communis sententia explesè afferenti te deobligatum esse a recitatione horarum, pro eo tempore, quo in tua potestate situm non est fructus viros habere ex beneficio, neque speras te habiturum, ut bene docet Vasquez viträ superioris allegatos opusculo de benef. cap. 4. §. 1. dub. 6. num. 31. & 32. & docuerat Suarez illetem cap. 20. numero septimo. fine. & tradit Bonacina disq. 1. de horis can. quæst. 2. punct. 4. num. 25. ut sic mihi validè. Neque rationes Suarez virgin. Ad primam: Respondeatur, duplificare possit beneficiatum priuari fructibus, per rapinam scilect, postquam illos obrinuit, vel ante illorum obtentum: si priuerit postquam illos obrinuit, carum est esse obligatum recitare, quia iam beneficium beneficiato concessi: stigendum pro munere exhibendo, at si ante illorum obtentum priuerit beneficiatus a fructibus percipendis, pro toto illo tempore, quo impeditur sine spe recuperationis, censio obligari, tam a recitatione horarum, quam ab alio quovis ministerio nisi fideles, vel Episcopus predictos fructus alia via supplicat, necessaria pro illo tempore suppeditando. Ad secundam, credo si ob sterilitatem annorum nullos fructus reddere beneficium, & Episcopus, vel fideles defectum non supplenter, beneficium obligatum non esse. Quia pro illo tempore dici non potest in re habere beneficium, sed solum ritulum, qui insufficiens est ad obligationem inducendam. Neque obstat successu temporis abundantes fructus esse colligendos, aut annis superioribus esse collectos: quia illi fructus suotempori correspondent, dantique pro officio exercendo illo tempore, non pro alio, & per hæc patet responso ad tertiam his tanquam certis suppositis.

19 Controversia gravis est: An si in aliqua Ecclesia vigeat consuetudo, qua caueatur, ut primo, vel secundo anno postfessio beneficij, nullos fructus, vel distributiones beneficiatus acquirat, neque post mortem illius referuntur, sed distribuantur inter antiquos beneficiarios, vel applicentur fabricæ Ecclesia, vel alteri priopei, debeat tunc recitare? Aduero hanc consuetudinem contrariam esse extraag. Ioannis 22. Suppositi, de election. & sub titulo. Ne sede vacante inter communis, quibus caueatur, ne beneficiatus priuerit omnibus fructibus, sed potius dimidia pais ei applicetur. Item esse contrariam Tridentinum sif. 24. de reform. cap. 14. & Constitutioni p. V. quæ est in Bullario 106. & incipit Durum: in quibus reprobanur consuetudines applicandi fructum antiquis beneficiariis à novo beneficiario acquisitos, tanquam speciem simonie, vel auaricie redolentes. Intupérque statuit, ut vocumque

De Oratione speciali Horarum Canon.

huiusmodi fructus, & distributiones fabriæ, vel sacrificia, vel alterius p[ro]p[ri]i loci v[er]ibus, ultra semestre temporis reperiantur concessi, horum duntaxat dimidii pars ipsi sacrificia, vel fabriæ, aut p[ro]p[ri]o loco deinceps tribuantur; alteram verò beneficiari predicti integrum percipient. Non obstante ergo hac constitutione nemini dubium esse potest obligatum esse beneficium recitare non solum ultra semestre, sed etiam intra illud, quia ultra grossam distributiones quotidianas lucrari potest.

Quocirca dubium solum est. An, si vigeat in aliqua Ecclesia supradicta consuetudo, non obstantibus supradictis decretriis debet beneficiarius recitare? Affirmant ut probabilius Lessius lib.2. cap.34. numero 170. Suarez lib.3.4. cap.2.6. numero 6. & 14. Garzia de beneficio. cap.1. numero 76. Azor. lib.10. cap.4. quæst.4. cum Nauart. cap.7. de oratione. numero 30. Bonacina diffusat. 1. de horis can. quæst.2. p. 4. numero 23. Mouentur primò; quia sic recipiens beneficium voluntariè suscipit illius obligationem, quia debet, verbi gratia, chorus assistere. Sacramenta ministrata, si beneficium cursum est. Ergo etiam debet recitare, quia recitatio una est ex precipuis obligationibus, & quæ aliarum est fundamentum. Secundò; quia si illi fructus & distributiones antiquis beneficiari distribuuntur, cæque de causa tibi noui beneficiari non applicantur, at tunc obtines ius, & spem, ut fructus beneficiorum post te ingredientur applicentur. Ergo ius illud, & spes pretio ex æstimabili, & repurari potest, ut stipendum tibi concessum, ut h[ab]et via obligatis ad recitationem. Tertiò; si fabriæ, vel p[ro]p[ri]is operibus applicentur, hac applicatione excusari ab obligatione tandem exhibent in reparacione fabricæ, vel in opera pia ex fructibus sui beneficii. Ergo exemptio huius obligationis loco stipendiū esse potest, ac proinde obligationem recitandi inducere.

Placer milii hæc sententia maximè propter 2. & 3. rationem. Contrariam tamen reputo probabilem, ut tenent supradicti Doctores, scilicet nullam in supradicto casu obligationem recitandi habere beneficiari, sicut neque assistendi in chorus, neque alia munera exercendi, si distributionibus quotidianis briueut. Quia tunc videtur illa irrationalis consuetudo, & per quandam quasi mortalem violentiam beneficium obligari ad illa munera exercenda, ut in sequentibus annis posse fructibus beneficij gaudere. Neque alia rationes coniunctur. Non illa de iure ad fructus aliorum beneficiorum; quia in re non obtinet ius; & spes firma aliquiu emolumenti. Quia hoc ius depender, tum ab ingredi noui beneficiari, tum ab eo quod in suscepso perseueret, at contingere potest, & sapere contingit, quod antequam noui Canonicus intrer, tu decadas, aut Canonicum permutes, vel resignes; & idem est de exemptione ab obligatione impendendi fructus in pauperes, que sub dubio est, an illam sis habiturus; & præterea raro hanc obligationem ex iustitia habere potest.

20. Quarta difficultas est. An solus titulus beneficij cum spe possessionis, & fructus sufficiat ad inducendam in beneficiario obligationem recitandi; vel necessariò requiratur possesso, non qualisunque, sed pacifica?

Varie sunt in hac difficultate sententiae. Prima affirms solum titulum beneficij cum spe habendi possessionem, & fructus, ab illo tempore, quo titulum acceperisti, sufficere ad inducendam obligationem. Sic Nauart. cap.7. de oratione. numero 28. & 29. & Lessius lib.2. cap.34. numero 167. Garzia plures referens 3. p. de beneficio. capite 1. à numero 92. & 102. Probant quia est, cui beneficium est collatum, & ab ipso accepit verè beneficium est, & verè dicunt habere beneficium ex cap. Si tibi absent, de Præbendis. in 6. & tradit. Mandos. reg. 3. Cancellaria questione 13. numero 5. & reg. 16. quæst. 39. numero 2. Rebuffus in Concordat. tit. de collatione. S. volumus, verf. obirent, Tuclus conclusione 38. lit. B. At Concilium Lateranense, & Pius V. obligant ad recitandum habentem beneficium. Ergo. Secunda, fructus beneficij à die accepitura collatione debentur beneficiario regulariter etiam si possesso requiratur, ut conditio, ut illos de facto accipiat. Ergo obligari ad recitandum ab illo die. Quia iustum est, ut sentiat onus à die, quo commodum sentit.

21. Secunda sententia negat titulum solum sufficere, cum spe habendi possessionem, & fructus, sed insuper esse necessarium possessionem, nisi per ipsum sit quominus illam habeat. Sic Suarez libro 4. cap.8. à numero 7. cum Flaminio de regnante. lib.1. quæst 9. numero 15. Probatur: Primò; quia obligatio recitandi est gravis, & onerosa. Ergo non debet extendi, sed limitari. Ergo debet limitari ad habentem beneficium perfectè proprie, & cum omni rigore. Hic autem solim est, qui possidet. Ergo. Secundò; fructus ante possessionem beneficij non semper debentur beneficiario, sed in hac parte varius est vius pro diuersitate regionum. Ergo obligatio, quæ generalis est, comprehendere solim debet eos, quibus per se, & necessariò fructus debentur, qui sunt beneficii possessores.

22. Tertia sententia supradicta addit, non solum esse necessarium possessionem beneficij, sed requiri pacificam. Sic Henriquez in summ. lib.13. cap.13. S. 2. Manuel Rodriguez in summ. rom. 1. capite 145. numero 1. Vega 1. part. cap.128. cap.13. ad fin. Ceballos prætz. quæst. 64.; numero ultimo. Probatur; quia non videtur æquum obligare beneficium ad certum onus sine certo stipendio. At cum beneficium ligiosum est, non est certum stipendum applicandum esse possessori, si quidem sepè contingit possessorumvinci, & a possesso deturbari. Ergo.

23. Dicendum ergo est. Primò; te esse obligatum recitare, si per teipsum stat, quominus possessionem habeas beneficij. Quia non est æquum ut culpa priuare beneficium debito oblique. Sic Nauart. cap.7. de horis can. num. 8. Garzia 3. p. de beneficio cap.1. num. 85. Suarez lib.4. cap.19. à num. 7. & 8. & alii pro prima sententia relati.

24. Dico secundò; te obligatum esse recitare, esto beneficii possessionis litigofam habeas, si sit non obstante beneficium ministra, & speras morali certitudinem tibi esse applicandos fructus, latente seruicio debitos. Quia tunc utilissimum est, ut subeas onus, cum spes te commodum receperat esse, neque periculo fraudis videres exponi. Seus verò esset dicendum si hæc certitudo moralis desiceret ob rationem tertia sententia: Lessius cap.34. num. 137. Petrus de Ledesma tractat. 9. cap.4. conclus. 6. difficult. 10. Zetola verba beneficium. S. 4. numero 8. Bonacina plures referens diffusa. de hor. canon. q. 2. punct. 4. n. 26.

25. Dico tertio; habentem titulum beneficij, & impedimentum ab illius possessione capienda, vel lite, vel alia de causa sibi involuntaria non esse obligatum recitare, in quo cum 2. & 3. sententia conuenio. Moicor præcipue, quia fructus non sunt omnino certi, sed contingentes ob contingentiam possessionis, & non est iustum subire onus certum pro stipendio incerto. Sic plures referens Bonacina dissertatione 1. quæst. 2. part. 5. numero 5. Ex quo à fortiori infetur, si duo litigarent super aliquo beneficio, & neuter esset in possessione, neutrum ad rectandum teneri. Quia neuter habet propriè, & in rigore beneficij; & utriusque est dubium de victoria liti. Alias omnes litigantes tenerent recitare ratione vius beneficij, quod non est dicendum. Sic Suarez lib.4. cap.19. & 10. Petrus Ledesma tractat. 9. cap.4. conclus. 6. difficult. 10. & relatis Paludano, Soto, Beja, docet Garzia 3. part. de Beneficio cap.1. numero 101. Bonacina dissertatione 1. de hor. can. q. 2. num. 26.

26. Difficultas est. An habens plura beneficia, quorum quoddilibet inducit obligationem recitandi, debet bis in die recitare? Ratio dubitandi est: quia cuiilibet beneficio est annexa hæc obligatio. Ergo cùm sint beneficia distincta, distinctæ obligationes annexentur. Ergo non sit illi fas viua recitatione. Et confitmo, si duas Capellanias haberes, quarum qualibet te obligaret ad dicendum per seipsum alias Missas pro defunctis, non satisfacres eidem Missis utriusque obligationi. Ergo neque uniuersa recitatione satisfac obligationem duorum beneficiorum. Quod si obligatio utriusque Capellanias eidem diebus concurreret, elseque tibi impossibile utriusque satisfacere, non videris posse tua conscientia utriusque retinere. Ergo similiter non poteris beneficia tenere, quibus satisfacere non potes, ni multipliando recitationes.

27. Nihilominus omnino tenendum est, tanquam certum vicino officio iis obligationibus te satisfacere. Ira alii relativi docent Suarez libro quarto, de hor. can. cap. 18. anno 1. Bonacina de hor. can. dissertatione 1. quæst. 20. punct. 4. numero 27. Garzia de beneficio. 3. part. cap. 1. numero 110. Azor. 1. part. lib. 18. cap. 4. quæst. 10. Henriquez lib.5. summ. S. 6. in glossa litera Q. Ratio præcipua est. Quia ea videatur esse intentione Ecclesiæ non multiplicare obligationem, sed eam novo titulo imponere. Alias est obligatio satisfacta ferre impossibilis, cum possit contingere te habere decent beneficia simplicia, quorum quoddilibet sufficit ad inducendam obligationem recitandi. Quomodo ergo decies eodem die, & eidem horis officium diuinum posse recitare? Affirmare autem tunc te esse obligatum illa beneficia renunciari ob hanc causam, alienum est a consuetudine recepta. Et confitmo. Ordinalius tribus ordinibus facis non obligari ut in comedere die recicare, neque habens beneficium cum ordine laico obligatus bis recicare: quia licet multiplicaretur causa obligationis, non multiplicatur ex intentione Ecclesiæ effectus. Sic cum felutum cum Dominica concurreat non obligari ad duplum Missam audiendum. Sic similiter, cum plura beneficia in eodem subiecto concurrent, non obligari ad plures recitationes. Secus vero est dicendum in exemplo adducto in ratione dubitandi: quia cum ibi non respiquantur utilitas beneficiari, sicut in recitatione respiquantur, sed potius utilitas defunctorum, vel beneficium institutum, ideo ad multiplicacionem capellanice debent sacra multiplicari.

28. Hinc infatur primò, habentem beneficium & penso-

nem

nam satisfacere obligationi, si officium canonicum semel singulis diebus recite. Quia obligatio ad dicendum officium B. Mariz, quam haber pensionarius, est sub conditione, quod officium canonicum non recite. Volut enim Pontifex non augebit obligationem pensionario, magis quam alius beneficiatus, sed potius beneficiatorum obligationem diminuere. Sic Nauat consil. 12. de celebraz. *Aduarum*. Suatcz lib. 4.c. 22. à numero 6. Gatt. alias referens. p. cap. 1. num. 11.6.

29 Secundò, infert oratione diuinum officium obli-
gatum dicere ob plura beneficia vel ordinem sacram, &
beneficiis non committere duplex peccatum, sed vnu-
tanum gravius tamen. Quia eadem est res præcepta omnibus
illis titulis, & subdatis ratione. Præciput namque recitatione
in laude Dei, sic Azor 2.p. lib.4.c.2. quest.6. Salaf. 1.2 tra-
dicta. 13. disf.3. seq. 2. num.17. Garzia 3. p. de benef. c.1.num.
124. Bonacina disf.1. de horis canoniceis, quest.2. punct.4.
num.27.

³⁰ Sed inquireas. An habens beneficium iniustu^m, vel impediens iniustu^m alterum ab illius possessione, debet ratione illius horas canonicas recitare? Affirmat Suarez lib. 4. c. 19. n. 10. Bonacisa disp. 1. quaest. 2. p. 4. num. 28. Mouentur, quia priuant per iniuriam Ecclesiam debito obsequio, & seruitio, debet ergo recitare. Nihilominus exissimo probabilius non obligari supradictos ad recitandum, sed solum ad dimittendum beneficium, & à lite iniusta cessandum. Quia beneficiari non sunt obligati ex iustitia ad recitationem horarum, sed ex precepto Ecclesie: neque impeditores hanc recitationem censent iniustitiam committere contra Ecclesiam, sed ad sumnum contra beneficiari. Ergo non sunt obligati recitare. Alius quoque obligatum audire Misam, ieiunare, vel aliud opus pium facere impeditus, deberes eadem tu ipse ex iustitia praestare. Quod non videatur receptum. Sic docet Gatzia. 3. p. de bene. c. I. n. 120. quamvis videatur docuisse contrarium numeris 90.

§. III.

De Obligatione Religiosorum.

- 1 Religiosi chorus deputati obligati sunt ex consuetudine.
 - 2 Qui defensione non esse hanc obligationem sub granis culpa.
 - 3 Retinenda est tanquam certa communis sententia.
 - 4 Religiosus ex dispensatione Pontificis vivens extra clausuram si dispensatio in perpetuum sit? excusat ab hac obligatione.
 - 5 Comprehendunturne religiosi damni ad tritemos fugitiui & eis?

Tertium genus illorum, qui ad officium canonicum oblatum, sive religiosi profecti choro deputati. Hos inquam recepta est omnium sententia, obligatos esse officium diuinum recitare: non quidem ex aliisque iure positivo scripto, quia nullum est; neque ex vi professionis, quia ratione illius solam obligari ad perfectionem conati, quem conatus expletus possunt alius exercitii spiritualibus ab hac horum harum recitatione: neque ex eleemosynis fidelium, quia hanc datur religiosis ea praincipia ratione, quia pauperes sunt, & diuini cultui mancipantur; & secundo ut curantur habent fideles Deum commendandi, nullib[us] tamen habent concedi sub obligatione recitandi has horas. Sunt ergo obligati eas recitare ex consuetudine praescripta. Sic Sylvestr. verb. Hor. numer. 3. Nazar. a. c. 25. numero 96. Valent. disp. 6. quæst. 2. p[ro]positio 10. §. 2. Sazac. tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 17. num. 6. Valsquez de benef. 4. 4. S. I. dub. 11. Bonacina disp. 1. de hor. can. quæst. 2. p[ro]positio 2. a. numer. 1. Azor. 1. p[ro]p. lib. 10. c. 6. q. 1. §. 2. & alij plures apud ipsos.

Dixi obligatos esse ex confederidine religiosos choro deputatos, ut excluderem religiosos laicos, seu conuersos ad munia temporalia destinatos, qui hac obligatione non recentur; & religiosos equites militares, qui non choro, sed militia, sunt destinati: & nouitios, qui sub nomine religiosi in encibus non comprehenduntur, neque pro illis est confusudo. Sic relaci Doctores. Vnde si aliquis religiosus choro deputatus, ad conuersos autoritate superiorum transeat, eo ipso eximitur ab obligatione recitandi, quae annexa est illi statui: è contrario, si ex statu laicorum transeat ad statutum choristarum, in dicta supradictam obligationem. Sic Suarez lib. 4. c. 17. numero 7. Bonacina diff. 1. q. 2. p. 2. numero 2. fine. Azor. 1. p. lib. 10. c. 6.

Quod dictum est de viris religiosis, dicendum est de monachis profectis chloro deputatis: esse inquam ex consuetudine obligatas singulis diebus horas canonicas recitare, sic Suarez, Natus, Valencia, Vásquez, Bonacina, supra & alij apud ipsos.
Nam tempore obligacione compescuntur, hinc lumen.

Hinc sit religiosos illius religionis, qui ex suo instituto
choro non est addicta, non esse obligatos officium diuinum re-
cite, nisi sint in sacris. Quia haec obligatio recitandi priua-
tum, succedit loco publicæ recitationis, quam religio profic-

tut. Sic omnes Doctores suprà relati, specialiter Bonacina, Suarez, Valentia, Valquez, eisdem locis suprà rotatis.

² Difficultas autem est. An hoc consuetudo obliget sub gra-
ui culpa religiosos & moniales, ne diuinum officium omit-
tiantur.

Caietanus in *Sum. verb. Hora caponie* Dubitat de consuetudine, & affirmat non videri ita receptant ut obligent in vi praecepti. Medina, in *instrutione* c. 19. inclinat non obligare sub mortali. Emanuel Saa, *verb. hora can. num. 1.* in *editione Complutensi* reputat id esse probabile. Angelus *verb. Hor. num. 10.* & Aragon. z. 2. quaf. 83. art. 11. sub 4. existimat religiosum omitentem bis, vel ter priuationem diuinum officium, non peccare mortaliter. Quia ex praescripto regulare ad id tenerur, quae non videntur ita grauem obligationem inducere.

3 Ceterum reliqui omnes Doctores absoluere docem esse peccatum mortale, si vel semel omittantur horae. Quia confutatio dicendi hoc religiosos diuinum officium, est instans clericorum in sacris. Ergo scire non est probabile, clericos omittentes semel diuinum officium, non peccare mortaliter ita nec est probabile religiosos & moniales, non peccare mortaliter si omittant, cum confutudo vim habeat precepti, & forte ob hanc causam in Summa Emanuels Sa, edita Romae expuncta sunt illa verba, quibus probabilis iudicabatur illa sententia. Neque enim in hac parte laxande sunt habent, cum ex eius relaxatione non leui religionis detrimentum procrearet.

Dubium tamen est. An lib. has obligatione comprehendatur religiosus ex dispensatione Pontificis extra claustrum viuens. Communis sententia concedit, si dispensatio in perpetuum sit, ab obligatione eximi: secus si pro aliquo determinato tempore. Quia dispensatio, ut perpetuo extra claustrum viuat, a cho liberatus est. Ergo etiam liberatus ab obligatione recitandis priuatum, qua loco obligationis ad chorum succedit. sic Soto de inferiorib. 10. quist. 5. art. 3 Bonac. dif. 1. quist. 2. p. 2. n.4. Azor. 1. p. lib. 10. c. 6. g. 8. Nihilominus probabilius existimo hunc esse obligatum. sic Suarez. lib. 4. de hor. can. c. 17. num. 8. Ratio est: Quia obligatio in religioso recitandi officium diuinum non ostitur ex eo, quod ipse religiosus personaliter obligatus sic choro interesse, sed ex eo quod statum habeat chorus deputatus. Alius, qui ex dispensatione Pontificis, vel Praetor regulari a choro in perpetuum efficitur, obligatus non efficitur, horas priuatum recitare, quod videatur absurdum. At dispensatus in perpetuum, ut extra claustrum viuat, non mutat statum religiosi professi chorus deputatus, vt de se confat. Ergo

Et confirmo. Si exemplio perpetua ab assistentiis in choro eximi religiosum ab onere perpetuo recitandi, quia haec obligatio private recitationis succedit loco publica: Cum exercitio pro determinato tempore, ab onere recitandi pro illo tempore non liberabit? Addo religiosum non esse regulare obligatum sub gratia culpa choro assistere, ut posset dicamus. Ergo obligatio recitandi non communitatur ex hac obligatione, sed ex statu deputato clari assistenter.

Item dubitatur. An comprehendantur sub hac obligatione religiosi damnati, ad tritem eieci, fugicii est religio-
ne. Negat de us omnibus Bonacina, d. i. p. 2. n. 6.
Quia hi evidenter esse extra statum, qui choro deputatus sic
Adharet Iesu loquens de eieci, vel ad tritem damnato, &
Sanchez lib. 6. de matrim. dist. 8. num. 11. Secus de fugituio, &
ratione differentiae assignant. Quia cielus non potest ac-
monasterium redire, cui v. l. fecerit fugituio. At mihi pro-
babilius est eos omnes per te comprehendendi, sic Nauar. c. 7. d.
orat. num. 20. Azot lib. 10. c. 6. quast. 5. 6. &c. Suarez lib. 4. c.
17. num. 9. Ratio est. Quia ex eo quod religiosi sit extra mo-
nasterium, non est extra statum choro deputatus: quia non
est extra statum religiosum in quo anteua erat. Neque enim ab
fugam, aut eiectionem, religiosum statum amittit. Alias, cum
iter faciet, aut peregrinatur, vel quoties extra monaste-
rium viueret, dici posset esse extra statum religiosum. Ergo
apostasia, vel eiecio a monasterio, non soluit religiosum ab
obligatione reciandi, sicut neque ab aliis oneribus, qui pro-
fessioni ex consuetudine annexa sunt possuntque in illo statu
impleri.

Quod si dicas eos religiosos fugitivos, & electos, vel ad tremes dammatos, ensin amittant religiosum statum, quem ante habeant, amittere tamen choisi deputationem, quia religioso statu annectitur, non viceversa, sed ex consuetudine que consuetudo non videtur extendi ad electos, & tricembim batannatos, immo neque ad fugitivos, sed solam ad illos, qui in monasterio commorantur, vel ex licentia praecati extra claustrum existunt.

Sed contra. Quia non videtur cum fundamento dici, hanc consuetudinem annecti solum religioso statui illorum, qui in monasteriis vel extra de Praetorio licentia commorantur, & non extendi ad fugitivos, & electos. Quia non est æquum ut eculam communem reporent.

Dixi per se hos religiosos sub obligatione recitandi comprehendere ut indicarent per accidentem excusari posse, ut saepc electi, & damnati ad tritemes excusantur, ob impotentiam moralen

recitandi, & ne religioni, & sibi dedecus afferant; si se esse religiosos manifestent.

P V N C T V M II.

Quodnam officium diuinum debeant supradicti clerici, beneficiati, & religiosi recitare.

- 1 Omnes tenentur recitare officium Romanum, exceptis aliquibus personis.
- 2 Hoc praepartum singulis diebus obligat sub gravi culpa.
- 3 Qui defendantesse priuilegiatos in Bulla Pij V. Romanum officium recitare, omisso illo eius habent priuilegium.
- 4 Probabilitus est oppositum.
- 5 Quid dictetur de beneficio obligato Romanum officium recitare, & commoratur in diocese Mediolanensi.
- 6 Quid de Mediolanensi existente Rom.
- 7 Postea religiosi exempti festivitatibus diocesis se conformare. Explicatur sensus quas. eius.
- 8 Proponitur ratio dubitandi.
- 9 Quid sit tenendum.
- 10 Postea Episcopus de Sancto extra Kalendarium institueret recitationem? Affirmatur id posse de Sancto assignato in Patronum, vel naturali diocesis, vel cuius insignes ibidem reliqui requeuantur.
- 11 De aliis Sanctis constitutione perpetua id fieri non potest.
- 12 Decretum tamen particulari, Ex causa urgente, & per modum dispensationis, id fieri posse credendum est.
- 13 Ventes Breuiario Pij V. non tenentur officium B. Virginis, Defunctorum, & falso Graduale recitare.
- 14 Quid si Romanum officium alia lingua prater Latinam diceres.
- 15 Si a lads vel dominus officio diuino, peccas.
- 16 Si in graui notabilique parte diuinus, non satisfacis obligationi.
- 17 Satisfacie si unum officium pro alio recites de Sancto, scilicet, cum est recitandum de feria.
- 18 Probabilitus est te non satisfacere.

Respondeo omnes esse obligatos recitare iuxta formulam Breuiarij Romani Pij V. & Clementis V IIII. exceptis solum us, in quorum Ecclesiis vel Conuentibus ducentis annis ante Pium V. aliud Breuiarium fuerit institutum, vel confuetudine approbatum. Sic habetur in supradicta Bulla Pij V. & Clementis V IIII. initio Breuiario Romani præfixa: in qua Bulla omnes aliae formulae recitandi abrogantur, cassantur, & irituntur. Hinc infertur, malè Angelum verbo Hora. num. 12. existimat ordinatum ad titulum patimonij, post officium recitare secundum formam, que illi magis placuerit, quia nulli Ecclesiæ addicetus est. Nam ex eo, quod non sit addicetus Ecclesiæ, quæ confuetudinem habeat ducens annis antiquiorem præceptio, & constitutione Pij V. efficitur nunc obligatum esse recitare iuxta formam præscriptam a Pio V. quæ omnes Clericos beneficiarios, & religiosos comprehendunt, excepti solum, qui sunt illius Ecclesiæ, in qua est supradicta confuetudo. Et ita docet, ut certum Suarez lib. 4. c. 23. num. 4. Lefsius c. 37. num. 74. Bonacina disp. 1. de hor. can. quæst. 3. p. 2. num. 4. Reginaldus lib. 18. num. 168. Azor. 1. p. lib. 10. c. 11. quæst. 1. & alii. Hi autem excepti poterunt ex consensu Episcopi, & rotius Capituli, Breuiarium Romanum, admittere exclusu suo antiquiori: constat ex supradicta Bulla. Si tamen monasterium fuerit exemptum, non requiratur consensus Episcopi, sed sui Praælati, & torius Capituli. Lefsius lib. 2. c. 37. dub. 12. num. 74. Cum autem exiguar consensu vniuersi Capituli, non debet intelligi consensus omnium singulorum Capituli, ita ut nullus dissentiat, quia hoc factum est impossibile, sed sufficiens consensus majoris partis Capituli, vt sit in unum congregatus. Quia ille in rigore, & propriæ vniuersi Capituli consensu est. Ut bene notauit Suarez lib. 4. de hor. can. c. 11. num. 4 fine Bonacina disp. 1. de hor. can. quæst. 3. p. 1. circa finem, num. 21. At si semel ex consensu Praælati, & Capituli Breuiarium Romanum fuerit admissum, nullo modo licet ad pristinum redire, sed necessariò Romanum retinendum est. Quia iam per illam receptionem Breuiarij Romani, abrogatum & cassatum fuit antiquum, & virgine præceptum Pij V. & Clementis V IIII. de recitando iuxta formulam illius Breuiarij, & excepti cœlavit, que solùm fuit, dum ab Episcopo & Capitulo Breuiarium Romanum approbatum non fuit. Sic Suarez num. 4. Bonacina in principe num. 2.

Circa huiusmodi præceptum dubitatur primò. An obligat sub gravi culpa singulis diebus iuxta formam Breuiarij Pij V. præscriptam recitare? Non defuit qui affirmaret non esse peccatum mortale, uno vel altero die illam omittere, recitando iuxta formulam Breuiarij Dominicanorum, Cisterciensium, aut aliarum Ecclesiæ. Quia substantia præcepti est semper horas canonicas dicere, modus autem, vel formula huius,

vel illius Breuiarij ad ritum, & cultum speciale pertinet; eni, omisso uno, vel altero die facta non videatur gravis. Sic Nau. c. 19. num. 217. Reginaldus, præ. lib. 19. n. 17. i. faues Raphael de la Torre, de Relig. conuersus 8. in princ. de horis canonici. Valquez de beneficis c. 5. §. 1. artic. 2. dubio primo num. 57.

Nihilominus tanquam certum habendum est peccare mortaliter obligatum recitare iuxta formulam Breuiarij Romani, illam omiscentes recitare uno die iuxta formam alterius Breuiarij. Sic reliqui Doctores in hoc puncto referendi, qui post dictam constitutionem scripserunt. Et ratio est manifesta. Quia omnes conuenient, quemlibet obligatum esse singulis diebus illud officium Pij V. recitare in ex consuetudine ducentorum annorum excusat, sed hac materia gravis est. Ergo graviter obligat. Item omnes aliae formulae recitandi omnino cancellant, & abrogantur ad effectum satisfaciendi præcepto. Ergo recitate per ipsas, id est ac si non recitaret. Ex quo soluitur contraria ratio, quia præceptum non solum est de recitando more, & formula la Pio V. præcripta: ut confat ex verbis Bullæ.

Secundo, dubitatur contra. Au poterit recitare alia formula præceptum formulam Breuiarij Romani, possit illa omisita per Breuiarium Romanum recitare; Sæc. verbo Hora, in utraque editione num. 6. Caieranus verbo Hora. §. 2. affirman. Reputat probable Suarez lib. 4. c. 23. num. 9. fine. Lefsius c. 37. num. 74. Bonacina. disp. 1. de hor. can. quæst. 3. p. 1. num. 5. Movuntur primò. Quia consensus Episcopi & Capituli, ad omnitem Breuiarium antiquum, & assimilandum Romanum, requiriunt pro vñ chori, ut colligitur ex illis verbis. Dymold Episcopus & vniuersitas Capitulum in eo consenserat, ut id in choro dicere & psallere possint permittimus. Ergo pro vñ præcepto cuilibet videtur permittimus abque consensu Episcopi & Capituli. Secundò. Quia assumentes Breuiarium Romanum sive Ecclesiæ dicentur conformari, cum Ecclesia Romana omnium mater sit. Quod non procedit, cum excluso Romano Breuiario, & proprio sua Ecclesiæ, assumeretur Breuiarium alterius. Neque obstat Clementina: Dignum de celebrazione Missarum, vbi commendabilis Episcoporum, & Cardinalium indulgentia ut possint vñ Breuiario, que vñuntur Episcopi, & Cardinales si igitur liberum effici illis vñ Romano, non indigenter dispensatione. Non inquam obstat, tum quia hec indulgentia videtur esse pro commendabilis recitantes simul cum Episcopo, vel Cardinali; secus si separatis recitent, ut tradit Graffes 2. lib. 3. c. 16. num. 26. Tum quia loquitur de Cardinalibus, & Episcopis recitantibus aliud officium a Romano.

Ceterum (esti supradicta sententia probabilitus sit) probabilitatem reputo contrarium: scilicet hos exemplios in Bulla Pij V. non posse propria autoritate formula Breuiarij Romani recitare, nisi propria sua Ecclesiæ. Sic Suarez, Bonacina, Lefsius, supra. Valencia disp. 6. quæst. 2. fund. §. 3. In pinc. Garzia de Beneficiis 3. p. 1. num. 155. Ratio est, quia de his exemplis nihil determinat Bulla Pij V. sed illos disputatione, & ordinatio iuriis communis relinquit. Sed ius commune quilibet assertat ad recitandum officium sua Ecclesiæ; ut constat ex e. de his c. planit. 12. distinct. Ergo.

Et hec sententia nullam habet dubitationem, cum Episcopus, seu Praælatus iis Clericis sibi subditis, præcepit ne alio officio vñtratur quod sine dubio facere potest, sicut fecit S. Carolus Archiepiscopus Mediolanensis, qui omnibus Clericis sua diocesis præceptum imposuit, ut officio Ambrosianum vñtraret. Hoc enim præceptum conforme est Bulla Pij V. quæ confitudines recitandi antiquiores ducentis annis in suo robore, & fortitudine relinquit. Obligat ergo tale præceptum, virope de te leita, & honora.

Tertiò dubitatur, An Clericus habens beneficium, ratione eius debet Romanum officium recitare, si commotus in diecesi Mediolanensi, debet tunc iuxta Ambrosianum, an potius iuxta Romanum Breuiarium recitare?

Breuiarij respondeo posse quod sibi maluerit eligere, & iuxta illius formam recitare. Potest inquam Romanum recitare. Quia ex habitatione Mediolanensi non desinit esse Romanus beneficarius. Potest autem Mediolanensi Breuiario vñ, quia per habitationem diuturnam cœlavit esse Clericus illius diecesis. Ex quo si solum transiit Mediolani cœlavit, credo non posse vñ Breuiario Mediolanensi. Nam licet dixerim in Tractatu de legibus, peregrinos & foraneos obligari legibus & constitutionibus illius regionis, quam transeunt: hoc intelligendum est de legibus generalibus, & quæ foraneos & peregrinos virtualiter non excipiunt. At hec lex seu privilegium recitandi extra formulam Breuiarij Romani, non est concessum cuilibet cleroce vñcumque residenti in dieceti, sed cleroce domiciliario: quia est concessum clericis, monachis, ordinibus, & locis exemptis, & inde iporum clericis. Colligitur ex Suarez lib. 4. c. 23. num. 6. Bonacina disp. 1. quæst. 3. p. 1. num. 5. & 6.

At si clericus beneficarius sit Mediolanensis, vñ recitatur iuxta formulam Breuiarij Ambrosiani, Romanum tamen pergit, mains est dubium an posset, vel teneatur vñ Ambrosianum, maxime si statutum sit beneficiorum clericos Mediolanenses, nullo alio vñ posse. Et ratio dubitandi ea est: quia statutum vel præceptum